Statutum quartũ de turbata poſſeſſione.

ſ *Quæro, nunquid ingrediens.*] Adde turbationis modos tam in iudicio, quàm extra iudicium ponit Menoch. in tractat. de retinend. poſſeſſ. remedio 3. numer. 467. cum infinitis ſeq. vbi recenſet octo, & viginti modos, & in dicto remedio numer. 652. vbi ponit duodecim cau-
46 ſas, † quibus à pœna turbatiuę excuſatur, & Lud. concluſ. 71. Plot. in leg. ſi quando numer. 735. cum ſequen. Cod. vnde vi, vbi etiam tradit de prædone turbato, qui ante omnia manutenendus eſt, & reſtituendus, etiam ad fructus perceptos, ſeu qui percipi potuerunt ibi numer. 732. & quando iurari in litẽ poſſit num. 734. & tres fallentias ponit, in quibus in caſu turbatiuę iurari in litem non poteſt numer. 735. 736. & 739. & numer. 814. & quæ
47 † ſint probandi in hoc remedio, idem Menoc. vbi ſupra num. 556. & Ioann. Bapt. Pont. de ſpolio lib. 2. cap. 7. & 17. Vide etiã Pariſ. in conſil. 126. vol. 4. & conſil. 172. per totum
48 vol. 3. † & de laboratoribus laborantibus, qui nã dicatur turbari in poſſeſſione, tractat Rol. cõſ. 54. per totũ volum. 1. Ripa in capit. decernimus numer. 41. de iud. & Menoc. de arbitr. iudic. caſu. 354. num. 35. cum ſequent. & an turbatio verbalis ſufficiat, & per quæ verba inducatur, Affl. in dec. 394. & ibi Vrſilius, & Nicol. Bellon. conſ. 11. colum. 5. & an quis dicatur turbare, & moleſtare, ſi agitur iu iudicio, Alexand. conſil. 32. numer. 2. volum. 2. *Baiard.*

t *Incidat in pœnã huius ſtatuti.*] Adde Neguſ. latius explicantem tract. de pag. 2. memb. 3. part. nume. 22. Dec. conſ. 449. nume. 16. ad fin. Menoc. tractat. de recuper. poſſ. remed. 8. numer. 29. ſed an ſic ingredienti liceat de facto reſiſtere? ſupr. quæſt. 29. verſic. ſed hic incidenter in principio: diſtingue, vt ibi, & nota, quòd ſi turbatio non principaliter, ſed in conſequentiam actus venit *in practica atteſtatur Card. Alexand. in d. cap. 1. col. 4. de ſponſal. quem refert Pariſ. conſil. 29. num. 34. lib. 3.*

Statutum quartum de turbata poſſeſſione.

14 *Quæro, ſ nunquid ingrediens poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido t incidat in pęnam huius ſtatuti. Reſp. quod ſic. Ita dixit Bart. in l. iuſtè poſſidet, nu. 4. ff. de acquir. poß. quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Crauetta conſ. 248. col. fin. verſ. non obſtat aliud dubium. ita ẽt communiter teneri atteſtatur Clau. in d. l. iuſtè poſſidet, nu. 15.*

Statutum quintum circa alienationes.

15 *Statutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna valet. Et ita cõmuniter tenetur, & ſeruatur, vt dicit Alber. in 2. parte ſtatutorum, q. 2. num. 10. Hanc etiam dicit eſſe communem Barb. iu r ub. de reb. eccleſ. nõ alie. Curt. Sen. cõſ. 27. nu. 8. Iaſ. in l. filius fam. §. Diui, in 2. lect. num. 109. ff. de laga. 1. Ripa in eod. §. Diui, num. 64.*

16 *Sed quæro, nunquid tale ſtatutum liget clericos, vel eccleſiaſticas perſonas. Reſpon. quòd non ligat clericos, neque eccleſias; & quatenus reſultat in eorum præiudicium, nihil valet. Et ita dicunt communiter Scribentes ferè omnes, vt dicit Barb. conſil. 47. numer. 10. lib. 3. & eſt communis opi. vt dicit Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 89. de conſtit. Iaſ. in d. §. Diui, in prima lectura, num. 71 & in 2. num. 100. Ripa in d. §. Diui, nu. 81. Socin. Iun. conſil. 76. num. 30. lib. 3. Plottus inter conſil. criminalia diuerſorum, conſ. 108. nu. 12. lib. 1. Quod quidem multo magis procederet, vbi ſtatutum prohiberet ſpecialiter in eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas alienari; nam eo caſu diceretur expreſſe contra libertatẽ eccleſiaſticam: & ideò nihil prorſus valeret. Et ita tenẽt Doct. in hac materia loquentes, vt dicit Chaſſ. ſuper conſuet. Burg. fol. 214. u nu. 51.*

17 *Quæro x nunquid ſtante hoc ſtatuto cenſeatur etiam prohibita hęredis inſtitutio. Reſpon. Glo. in l. 1. in verbo, Loca ſui. C. non licet. hab. lib. 11. tenuit, quod non. Sed certè illa gl. communiter reprobatur, vt dicit Ludouicus de Interamnes. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. quem refert Fabian. de emptio. & vendit. in vlt. quæſt. quæſtioni s principalis nu. 27.*

18 *Sed nunquid ſtante hoc ſtatuto, cenſebitur prohibita locatio in forenſem? Reſp. quòd non, ſi eſt ad modicum tempus: ſed locatio ad longũ tempus vtiq; cenſebitur prohibita, & eſt communis opi. vt dicit Plottus in dicto cõſ. 108. nu. 59. y Talis enim locatio transfert vtile dominium in conductorem, vt dixi ſupra lib. 4. §. locatio.*

19 *Sed pone, quòd teſtator legauerit forenſi aliquem rem immobilem: nunquid tenebitur hæres præſtare legatario æſtimationem; z Reſp. quod ſic: & eſt communis opi. vt dicit Alexan. in l. apud Iulianum. §. conſtat, nu. 14. ff. de legat. 1. Iaſ. in d. §. conſtat. num. 34. Curt. Sen. in d. conſ. 27. poſt num. 6.*

20 *Item quæro, nunquid tale ſtatutum prohibens alienationem b cẽſeatur etiam prohibuiſſe præſcriptionem. Reſpon. quod ſic; ita tenet Bart. in l. vbi lex, nu. 1. ff. de vſucap. & eſt communis opin. vt dicit Alex. conſ. 1. num. 23. lib. 4. quem refert Plot. in repe. d. l. ſi quãdo, nu. 266.*

21 *Sed quid, ſi non obſtante ſtatuto facta ſit alienatio, nunquid ex ipſo cõtractu cenſebitur trãslatum dominium in acquirentem? Reſp. quòd non: nam tale ſtatutum impedit dominij trãslationem. Et ita dicunt omnes Doct. vt ait Claud. in l. ſi ita quis, §. ea lege, poſt num. 17. verſ. item prædicta, ff. de verb. oblig. Bene non obſtante ſtatuto transfertur poſſeſſio in acquirentem. Et ita volunt communiter Doct. vt atteſtatur Claud. in d. §. ea lege, in vltimis verbis.*

22 *Quæro etiam. Pone, quòd ſtatutũ prohibeat, quòd aliquis non alienet rem immobilem in forenſem, neque alienãti conſentiat, ſub pœna: modo aliquis cedit forenſi actionẽ ad rẽ immobilem, quæ (vt ſcis) computatur inter immobilia, vt dixi ſupra, lib. 7. §. mobilia, & ego illi præſto cõſenſum: nunquid ex eo conſenſu dicar incidiſſe in pœnam ſtatutis Reſp. quod non: ita determinat Bart. in l. Gallus, §. videndum,*

non cadit in ſtatuto de pęna turbantis loquẽte, Ale. conſ. 1 n. 27. lib. 3. *Drogh.*

Statutum quintum circa alienationes.

u *Nu. 51.*] Carp. c. collegijs, nu. 250. & ſeq. ubi limitare uidetur. *Roſſ.*

x *Quæro nunquid.*] Ad-
*48 de, quod tamen, † qui prohibetur legare, nõ prohibetur donare, Alex. cõſ. 54. uol. 7. Crau. de antiq. temp. p. 4. uerſ. circa præmiſſa nu. 19. cum ſequ. & in contingentia facti, q qui non poteſt legare poſſit tamen donare cauſa mortis, uide Dec. conſilio 195. & in l. ſenium, n. 50. & 55. C. qui teſt. fac. poſſ. cuius contrarium tenuit, Alc. in lib. 2. ſub nu. 64. de uerb. ſignif. *Drogh.*

y *Talis enim locatio.*] Adde, quod tunc hoc eſt maximè uerum, num non eſt ſpes luitionis, ſeu redemptionis, Neguſ. d. tractat. de pign. 2. membr. 2. par. prin. n. 30. & 3. mẽbr. d. 2. par. princ. ſub nu. 29. ad fin. Apoſtill. ad Dec. in l. non alienat. littera A. ff. de reg. iur. *Drogh.*

z *Reſpondeo quod ſic.*) Adde Plott. in alleg. conſ. 108. inter conſilia criminalia diuerſorum, nu. 81. ubi apparet tunc forẽſem, non obſtante ſtatuto, acquirere poſſe, cum poſt acquiſitionem uendit ſub dito. *Drogh.*

a *Poſt nu. 6.*) Vide tamen Carp. in c. colleg. no. conſt. nu. 89. *Roſ.*

b *Cenſeatur etiam prohibuiſſe præſcriptionem.*] Adde rationem, quia uidelicet præſcriptio eſt legalis alienatio, ideòq. una prohibita, prohibetur & altera: Neguſ. d. tract. de pign. 2. memb. 6. par. prin. ſub num. 14. *Drogh.*

dum,

Statutum ſextum circa delationem armorum.

c *Quæro ſtat ſtatutum imponens aliquam pœnam.*] Nunquid comprehendat forenſes, vide per Marſ. in pract. crimin. §. conſtante, numero 23. *Giach.*

Quæro ſtat ſtatutum.] Vide Farinacium latiſſimè de mat. in ſua praxi, vol. 4. q. 108. vbi etiam de proclamat. Dec. in trectatu crim. tomo ſecuudo, libro octauo capit. 2. 3. & 4. An veniat femina, vide Viu. in opin. 1. allegat. num. 283. lib. 1. Farin. d. q. num. 15. An ligent barones, & ſuos ſubditos, Farin. num. 58. vſq. 64. & nnme. 124. & quod ſi per momentum deferãt an teneantur Rol. q. 33. & an eis poſſit ſpoliari in Eccleſia. *Roſ.*

Quæro ſtat ſtatutum.]
49 Adde † multos caſus, in quibus arma portare licet, vt per Afflict. in conſtitut. intẽtionẽ, & Duen. in reg. 55. & Caſſan. ſuper conſnetud. Burgund. pag. 81. ſub numero 108. & de hac materia armorũ latè etiam habetur per Ioſephum Lud. in deciſ. Peruſ. 31. & per Marſiliũ in pract. crim. in §. pro complemento.
50 Item † adde, an portãs arma venenata plus ſit puniendus, quam ſtatutum diſponat Barba. de Card. legat. à latere, q. 5. nu. 25. fol. 192.
51 Item † adde, quòd armorum delationem Magiſtratus prohibere poteſt, & eſt communis opi. Aret. in §. fin. Inſtitut. de auctor. tut. & Roland. in conſ. 83. nu. 6. libro 1. &
52 ſucceſſor † nouus in officio poteſt prohibere, & punire officialem ſuum prædeceſſorem arma deferẽtem, ſecundũ Gram. in conſtit. intentionis, nu. 2. fol. 8. vbi ad hoc allegat text. in l. Tribunus. C. de milit. teſtam.
53 Item adde, † quòd ab ædicto facto per Iudicẽ ne portentur arma, non poteſt appellari. Guid. Papæ deciſio. 436. num. 57. poteſt tamen appellari à
54 † declaratione, quòd inciderit iu pęnam delationis armorum, vt tenet Afflict. in conſtitut. intentionis, nu. 59. & Carrer. in pract. crim. in princ. nu. 58. verſ. an ſententia condemnationis: ſed nunquam vidi aliquem interpoſuiſſet appellationem, & arbitror etiam, quod non poſſit appellari, quia deferentes arma capiuntur infragranti, niſi prętenderet ſibi licuiſſe arma deferre.
55 Item † adde, quòd ſtatutum, ſiue proclama prohibens delationem armorum, comprehendit etiam mulieres, & ſi repertæ fuerint cum armis, puniri debent. Sorrez. commun. opinion. verſ. mulieres, nu. 252. & Gabr. commu. concl. libr. 6. tit. de verb. ſignif. concl. 6. num. 37. & ſimiliter ſtatutum, quòd
56 † nemo proficiſceretur de nocte, comprehendit mulieres, Viuius commun. opin. 808. num. 7.

Item adde, quòd ſtatutum prohibens arma deferri ad feſtã
57 † non comprehendit illũ qui tranſeundo per illum locum ſe firmauit ad aliquid emendum; Bertazzol. in conſilio 217. volumine 1.
58 Item † adde, quod equites priuilegiati, ſi arma ferre poſſint, non comprehendũtur bãno, quod arma non ferantur, niſi in banno adeſſet dictio vniuerſalis, vt omnis, totus, vel æquipollens, vt quicũque, vel ſimilis; tunc enim etiam perſonæ priuilegiatæ cõprehenduntur. Crauet. conſ. 284. & Hercul. de proban. negatiua num. 23. & 24. *Baiard.*

Et ita etiam hodie.] Farin. ſup. nu. 132. vſq. 144. *Roſſ.*

e *Et generaliter.*] Far. d. quæſt. 108. nume. 3. vbi ſic regulam conſtituit, & nu. 4. & ſeq. pœnas recenſet, & nu. 16. *Roſ.*

f *Interpretatur hoc verbum.*] Hoc tamen caſu, quicquid ſit de iure, eſt dandus terminus etiã reperto cum armis ad allegandum, quare condemnari non debeat iuxta ea, quæ dixi ſupra q. 8. verſi. ſed nunqu d q. 28. verſic. dictum eſt, q. 49. verſ. vlterius quæro; quod tamen ſit locus pœnæ tam inuento cum armis, & non capto, quam capto, latè diſſerit Menoch. d. tract. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. caſu 149. num. 50. & his adde vuum ſingulare, quòd mulier reperta cum armis, non tamen eſt carceranda, ſed iuratorię cautioni relaxanda: ita Felyn. in cap. legebatur in princ. extr. pe maiorit. & obed. quòd not. Iudex Amator. *Drogh.*

Sed quid ſi ſtatutum.]
59 Adde, † quid ſimilia inueniret plures inter quos eſſet enſis, vel pugio in terra, & omnes negarent enſem eſſe ſuum, quid agendum in illo caſu: vide Albet. in tractatu ſtat. in ſecunda parte, quæſtione centeſima vigeſimaprima. Menochium de arbitrat. iudic. caſu 394. numer. quinquageſimotertio, & Deciauum in tract. tu criminali libro octauo, capitulo quarto, numero duodecimo, tomo ſecundo, qui tamẽ in aliqua parte videtur diſſentire à Menochio.
60 Et quid ſi familia † vellet intentare aliquem, ſi haberet arma, ſi recuſauerit, & non permiſerit ſe perquiri, an incurrat pęnam, idem Alberic. dicta Quæſtione 121. Et dicit

dum, nu. 10. ff. de lib. poſthum. quem ſequuntur cõmuniter Doct. vt dicit Claud. in d. §. videndum, nu. 10.

23 *Sciendum eſt, quòd hoc ſtatutum habet locum ſolummodo in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria. Et ita tenent communiter Doct. vt atteſtatur Alber. in 2. par. ſtatutorum, q. 206.*

Statutum ſextum circa delationem armorum.

24 *Quæro ſtat, c ſtatutum imponens aliquam pœnam ei, qui fuerit inuentus cum armis: nunquid ille, qui detulit arma, ſed non fuit captus cũ illis, poterit puniri pœna ſtatuti? Reſpon. In hoc articulo variæ fuerunt ſcribentium opiniones. Nam aliqui tenẽt, quòd etiamſi non ſit captus, dicatur inuentus cum armis, & in eo locum habeat pœna ſtatuti, & dicit Iaſ. in l. 1. in princ. ff. quod quiſque iuris, quòd hanc opi. tenent communiter Moderni, prout illum refert Claud. in l. poſſideri, §. Neratius, num. 6. in fin. ff. de acq. poſſ. licet ego in lib. meo Iaſ. ibi de hoc loquentem non inueniam. Alij verò tenent, quòd imò ſi non ſit captus cũ armis, non dicatur inuentus cum illis, & conſequenter nõ ſit puniendus pęna ſtatuti. Et fuit opin. Bart. in l. ſi Barſatorem, C. de fideiuſſ. & dicit Bello. conſ. 49. nu. 4. quòd illum ſequuntur communiter Doct. Dicit etiam Clau. in d. §. Neratius, nu. 6. in fi. quod hæc eſt magis communis opi. antiquorum. Ita etiam cõmuniter teneri affirmat Alex. in l. 1. in princ. nu. 77. ff. de acq. poſſ. Cæpol. in l. ſi fugitiui, num. 81. C. de ſeru. fugi. Hanc etiam opin. eſſe magis communem atteſtatur Aug. ad Ang. de malef. in verb. Fama publica, num. 75. in fin. Amad. de ſyn. nu. 90. vbi ẽt ſubdit, quòd ita ſeruatur in practica. Iaſ. in d. l. 1. in prin. nu. 87. ff. de acq. poſſ. prout illum refert Ripa ibi, nu. 55. & Viuius in lib. commu. opi. fol. 198. verſ. ſtatutum diſponens, Marſ. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 24. ubi etiam ſubdit, quòd ita ſeruatur, Ripa tract. de peſte in rubrica de conſeruanda vbertate, nu. 104. d Et ita ẽt hodie non eſſe in vſu, vt portans arma puniatur, niſi quando reperitur per familiam, atteſtatur Ang. in l. 1. nu. 4. ff. ad l. Iul. de ui publi. Et ab hac opi. tanquam veriori, & magis communi, & etiam conſuetudine approbata, non puto vllo modo recedendum. e Et generaliter, quod deferens veſtes, aut res prohibitas ex ordinib. contra formã ſtatuti, non incidat in pœnã, niſi deprehendatur cum ipſis rebus prohibitis, dicit eſſe communẽ opi. Ant. Gomeſ. in l. Tauri 45. num. 50. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in littera S, nu. 112. Dicit tamen Bald. in d. l. ſi Barſatorem, num. 6. quòd conſuetudo f interpretatur hoc verbum, Inuentus, contra quem maleficium probatur: Sed ſuſpicor verba Bald. in lib. meo eſſe corrupta.*

25 *Sed quid ſi ſtatutum puniat deprehẽnſum cum armis nunqid habebit locum in eo, qui non fuerit captus cum armis, ſed teſtibus conuictus, q ea detulit? Reſp. Glo. in l. 1. In verb. Deprehenſus, C. vbi ſe-*

Bart.

Bartol.in l.euictiones.C.de curſu publ.lib.12.quod ille,qui nõ permittit ſe ſcrutari,poteſt retineri per Curiam,& ex ſola re-
62 ſiſtentia acriter puniri. Et an credatur familiæ, quod inuenerit aliquem cum armis,Paris in tractatu de ſyndic. verſ. Iudex in offic.proceſſit,& an iudex poſſit exequi ſine ſententia,ſi aliquis fuerit captus cum armis,vide Angel.Baldus,& omnes in l. ictus fuſtium, de infam.& Andr.de Iſer. in conſtitut.Regni Humanitatis,& Bald.in d.l.ictus fuſtium dicit, quòd ſi familia Poteſtatis inuenerit aliquem cum armis, & referat Poteſtati, ex illa relatione poſita in actis poteſt eum condemnare, quem refert,& ſequitur Afflict. in rubric. in conſtitut. Iuſtitiarij non per calendas, nu.11. fol. 123. & Gram. idem tenet in conſt.intentionis de illic.port. arm. n. 22. fol. 19.

62 Item † adde, quòd ſi familia reperit aliquẽ cũ armis,& ipſe aufugerit in domum ſuam, nõ poterit inde extrahi, licet ſemper familia eũ inſequuta fuerit.Bald.& Rom. in l. plerique, ff. de in ius voc. vbi etiam Iaſ. num. 12.

63 Item † adde, quòd ſi in edicto, ſiue proclamate apponente pęnam deferẽtibus arma nihil dictũ fuerit de amiſſione armorũ, nihilominus perduntur. Authent. de armis,& Alexand. in l. 1. ff.ad l. Iul. de vi publ. & Afflict. in conſtitut. intẽtionis, num. 26. & Marſil. in pract. crim. in § pro complemento, numero 12. vbi etiam dicit, ita ſeruari de conſuetudi-
64 ne, & dicta † arma debẽt applicari fiſco, vt habetur in dicta authentic. de armis,& tenet Aluar. in §.ſi quis ruſticus, de pace tenend & Grammat.in d. conſtit. intẽtionis, numero 17. Sed hodie ex communi vſu applicantur familiæ capienti, vt fiat audacior, & diligentior in capiendis illis,qui arma ferunt, & hoc etiam ipſis edictis magiſtratuum caueri ſolet, quæ pœna obſeruatur etiam in armis defenſiuis, licet nunquam viderim obſeruatum,quòd ſi ſola arma ad defenſam habeantur, non autem ad offenſam illa amittantur,ita etiam tradit Decianus in tractatu crimin.libro 8.cap.4. num. 18. tomo 2.

65 Item † adde, quòd ſi iudex videt aliquem deferre arma, poteſt eum punire de delatione armorum abſque aliquo proceſſu.Baldus in l. officium, ff fin. regul. Iaſon in l. vnica, ff. ſi quis iuſd.non obtemp.numero 28.& ibi Cagnol. numero 98. *Baiard.*

h *Quæro nunquid.*] Farin.ſup.num.72. vſque 76. vbi latè armorum materiam tractat; vide Farinac.d.q.108.in princip. Bonacoſſ.in q.crim.verbo arma,& de fuſt.& lapid.Farin. ſup. num.87.&ſeq. vbi de lapid. & baculo. *Roſ.*

66 *Quæro nunquid.*] Adde † Deciſion. Peruſ. 31. numero 4. vbi habetur, quòd ſtatutum prohibens portare arma,comprehendit tantum arma offenſibilia non autem defenſibilia. *Baiard.*

nato, vel clariſ. videtur velle, quòd ſic: & illam dicit eſſe communiter approbatam Ripa in loco prææalleg. num. 105. Sed certè conſuetudo ſeruat totum contrarium, vt atteſtatur Didac. in pract. quæſt.33.in fin. dicens, quòd frequentior conſuetudo in toto orbe Chriſtiano eſt, quòd arma prohibita deferens nunquam ea amittit, niſi effectualiter cum illis fuerit deprehenſus, etiamſi conſtet illum arma detuliſſe. Et ita ſeruarẽ, ſi caſus contingeret. Bene eſt verum,quòd ſi ſtatutum diceret, quod poſſet etiã procedi per inquiſitionem, ut communiter dicitur in edictis, quæ fiunt in hoc ducatu: tunc vtique puniri deberet, etiamſi non eſſet cum armis deprehenſus.

26 *Quæro,* [h] *nunquid appellatione armorum cenſeantur etiam prohibita arma defenſiua. Reſpon.quòd non, & eſt communis opi. vt ait Plaza lib. 1. delictorum c. 8. nu. 9. Reperio tamen, quòd Alber. in 2.parte ſtatutorum, quæſt. 115. Item quærit, dicit quòd vidit ſeruari contrarium, et illum refert Aug. ad Ang. de malef.in verbo, vno ſtocco ferreo,* [i] *poſt nu. 5.*

27 *Et ſcias in hoc propoſito, quòd licet de iure loquendo, appellatione armorum veniant etiam fuſtes, & lapides, vt eſt tex. in l. armorũ appellatione, ff. de verb. ſignif. nihilominut cũ ex communis vſu loquẽdi ſaxa,et lapides nõ intelligantur appellatione armorũ, edicta probibentia delationem armorum non comprehendunt ſaxa deferentes. Et ita reſcripſit Senatus prętori Alexandriæ, 13. Octobris 1558. P.N. Declarauit* [l] *etiam Senatus in cauſa cuiuſdam Benedicti de la Matthiola,* [m] *quòd cultellus non venit appellatione armorum, 6. Octobr. 1554.*

28 *Pone,* [n] *in ſtatutis, & edictis prohibentibus arma deferri de nocte ſolet apponi tempus præciſum, puta, poſt pulſatam ſecundam horam noctis, vel poſt pulſatam tertiam campanam: quid ſi in nocte Iouis,aut Veneris Sancti, quibus nõ pulſantur campanæ, fuerit aliquis repertus cum armis prohibitis, nunquid tenebitur pœna edicti? Reſp.quod non, & ita tenent Doctores, vt dicit Alber. in 2. parte ſtatu. quæſt.7. Item quæro retentis.*

29 *Item quæro,* [o] *nunquid deferens arma prohibita ad vſum itineris, debeat puniri pęna ſtatuti. Reſp quòd non,*

i *Poſt nu.5.*] Vigell.M.I.R.lib.1.cap.13.q.2. de vi public. reg.2.ex ecut.1. *Roſſ.*

K *Quòd licet de iure loquendo.*) Adde in hac materia Armorum,quia ſtante ſtatuto, quod qui commiſerit violentiam cum armis, puniatur ad certam pęnam, tale ſtatutum habebit etiam locum contra eum, qui cum armis, licet non euaginatis, vim fecerit, ſufficit enim armorum terror: Ita Iaſ.in §.ex maleficijs,nu.33.cum ſeq.Inſtit. de act.in l. vi factum, numero 5. ff. de regul. iur. *Drogh.*

Licet de iure loquendo.)
67 Adde, † quæ veniant appellatione armorum vidẽdum Alciatum in l. armorum, ff.de verborum ſignific. & Corſett. in repetit. Abb.in verb. armorũ, vbi
68 latè. Et ſi quis offenderit cum dentibus,vel cum ferramentis aptis ad artem, non dicatur offendere cũ armis. Afflict.in conſtitu. de percuſſ.illic.numero 5. libro 1.

Item adde, arbitrio iudicis relinqui, quæ veniãt appellatione armorũ, Menoch.de arbitr.iud. d. caſ. 394. num.77. Corn.in cõſil. 199.vol 4.

69 Item † adde, quòd deferens arma ruſticalia, vt ſecurim, ligones, & ſimilia, non tenetur pęna ſtatuti, attenta tamen qualitate perſonarum. Bertazzol. in conſil. 192. numero 7.

70 Item † adde, quòd licet appellatione armorũ veniant fuſtes, & lapides, illud tamẽ verum eſt poſt percuſſionem, cum ante percuſſionem,non dicantur arma; Marſil. in practica crimin. §.pro complemento, numero decimo, *Baiard.*

i *Declarauit etiam.*] Decian. ſupra capit, 2. numero nono, & decimo. *Roſ.*

m *Quod cultellus non venit appellatione armorum.* § Ad-
71 de, † quòd hoc eſt verum in cultello panis, ſecundum Ioan. de Anan. in cap. lator. de homicid. & Viuius opin. 763. numero decimo, volum. 2. niſi portetur ad offendendum; quia tunc continetur appellatione armorum
72 deciſ. Delphin. 4. numero decimotertio. Et † qua conſiderare debeat officialis, concedens licentiam deferendi arma, Afflict. in conſtit. vt Caſtellani. numero quinto, lib. 1.fol. 92.

n *Pone*) Vulpell. reſp. 114. nu. 4. dicis eſſe inditium delinquentis. *Roſ.*

73 *Pone in ſtatutis, & edictis.*) Adde, quid ſi campanarius pulſaret campanam ante horam ſolitam, vel poſt; Bonif. Vitalin. in tract. ſuo de malef. tit. de form. libel. num. 80. & ſeqq.

Item adde, quod idem tenet Burſat. conſil. 141. num.33. volum. 2. *Baiar.*

o *Item quæro nunquid.*] Adde tamen, quòd ſi fiat tranſitus per fortilitia, tam in Fraucia, quam in Italia, con-

ſuetudo eſt,vt exportentur arma, ſiue per deputatos, ſiue per alios de porta ad portam, & hoc maximè vtuntur in ciuitate Mantuæ; Caue tamen etiam in itinere, ne reperiaris cum piſtollis, ſeu archibuſijs à rota breuibus, maximè in Regno Neapolitano, periculum namque graue ob id vix euaſi ego, dum eſſem iuuenis,apud ciuitatem Gaietanam, dicat hic quicquid Clarus; Adde infra q. 85. verſic. ſed quid ſi delictum ad finẽ. Menoch.de arb.iud.libro 2.centur.4.caſ.394.num. 2. *Drogh.*

Item quæro nunquid.) Farin.vbi ſup.nu.105.vſque ad 14.Vigell.M.I.R. d.q.2.reg.2. *Roſſ.*

Item quæro nunquid.) Adde, quòd idem habetur in deciſ. Peruſ.31. numero 50.

74 Item adde, quòd qui per momentum temporis habuit arma in loco prohibito, vel cum illis paruam moram traxit, non debet puniri.Burſat. conſ.141.nu.16. & ſequ. & numero 42.& conſilio 331. numero trigeſimoſeptimo. Et de fermante per ſe tranſitum cum armis prohibitis per modicam moram, Bertaz.conſil.217.& 219.

75 Item † adde, quòd habens priuilegium defendi arma, ſi cum illis percuſſerit, amittit priuilegium, & debet puniri de delatione armorum.Marſil.in pract.crim. in §.pro complemento, numee.9. & ſeq.

76 Item † adde,teneri forenſem de delatione armorum. Plaz.in epitom. delict. c.8. Petr. Rauen. in tractat.de conſuet.ſub n.202. vbi dicit,quòd mitius debet puniri.

77 Item † adde, quòd Doctores poſſunt impunè arma deferre. Bonin. de Curtili in tractatu de nobilit.in 5.part. ſub nu. 72. & ſeq.

78 Item † adde,quòd portans arma ligata,non dicitur habere malum animũ. Mand. in repert. inquiſit.in verb.arma. *Bai.*

79 p *Quæro etiam.*) Adde, quod † ſtatutum prohibens delationem ſclopi,ſiue retentionem; intelligitur de apto ad offendendum. Bolog.in conſ.28.per totum,& Bonacoſſ. com.opin. tom.2.in verb. ſtatutum puniens poteſtatem, ſed ego dubito, quod in practica non poſſit obtineri propter fraudes,quæ poſſent fieri, puta in retentione ſclopetti, nam quis poſſet retinere cannam ſine rota, quam etiam haberet in domo, & ſic ad eius libitum ſclopettis vti poſſet. *Baiard.*

q *Num.4.*) Vigell.d.q.2. Reg.4. Farinac.vbi ſup.num.38. & ſeq. *Roſſ.*

r *Scias autem.*)De portante arma,quod ea perdat, Farinac. vbi ſup.num.9.& ſeq. vbi etiam cui applicentur. *Roſſ.*

ſ *Officialis, qui inuenit aliquem cum armis.*) Adde ſupr. q. 36. verſ. vlterius quæro. *Baiard.*

t *Arma deferri.*) Farinac. dict. quæſt. num. 45. vſque 52. *Roſſ.*

Statutum ſeptimum circa blada.

u *Statutum quod blada.*) Vide plura apud Decian.tract.crim. to.2.lib. 7.cap.22. *Roſ.*

Statutum, quod blada.)
80 Adde, † ſi ſtatutum prohiberet,non poſſet exportari frumentum ſub pœna confiſcationis ipſius frumenti,an etiã ſaccus, ex quo exportabatur,cõprehendatur. Rip.in tractat. de peſt. in tit. de remed.ad conſerua. vbert. n.130.tenet,ꝙ nõ, & ibi, nu. 123. tenet, quod nec plauſtra,& animalia,ſiue naues, quibus exportatur veniunt in confiſcatione. ibi etiam nu. 52. ple-
81 nè tractat,an † ſtatutum prohibens extrahere frumentum,intelligatur etiã de pane, farina,ſpelta,ordeo, & de leguminibus; & quid ſi ſtatutum prohiberet exportari triticum, vel victualia,an prędicta comprehenderentur, vide omninò Viu.op.765. vbi latiſſimè, quomodo, & in quibus caſib. procedat. Guid. Pap. in deciſ. 173.& Boer.in dec.177.

82 Item † adde,quòd licentia extrahendi bladũ, vel aliud extra ciuitatẽ, non extenditur vltra ſeptem dies,l 1.C.de tract li. 12. vbi Bart & Sylu.conſ.34.
83 nu.12.& licentia † debet præcedere, & non ſufficit, quod ſubſequatur, Bart.Iaſ.& Docto.in l.ſi quis mihi bona,§ iuſſum, ff.de acquir.hæredita. & Abb. in c. licet, num.11. de reg iur.& vbi requiritur licentia, intelligitur de expreſſa,ita quod non ſufficiat tacita. Anchar. Franc.& alij in c.Abb.de elect.in 6.& eſt com.op. Corſ.in ſing.in ver. licẽt.

Item adde, quòd appellatione bladi legumen non continetur,c.ex multiplici de verb.ſignific.& Doct.in l.triticum, ff. de verb.oblig. *Baiard.*

x *Admitti ad compoſitionem.*) Adde ſupra quæſt. 58.verſ. quid dicendum, & de compoſitione infra q,85.verſ. ſed quid ſi delictum,& q.95.verſ.hæc autem. Aduerte in contrarium, dũ hic dicit rarò ſeruari,quod ſuſpendantur ſfroſatores, & nihilominus ſupra quæſt.64.verſic.ſucceſſiuè quæro,circa fin dixit, Reum confeſſum interrogari ſolere etiam ſuper ſfroſatione, quæ ſi componitur, ut hic abſurdum uidetur eſſe delictum connumerari inter atrocia crimina,ibidem in dicto uerſ. ſuc-

& ita obſeruat hodie conſuetudo, vt dicit Angel. in l.1. n. 3.ff.ad leg. Iul. de vi publi.

30 *Quæro* [p] *etiam, nunquid ille, qui habet domi arma prohibita, puniatur. Reſpon. ex diſpoſitione l. Iulię de vi publi. vtique videtur puniendus, iuxta text. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Sed certè hoc non eſt in vſu, vt dicit Angel. in d.l.11.* [q] *num.4.*

31 *Vlterius, quæro, nunquid clericus repertus cum armis prohibitis poſſit à iudice laico puniri. Dixi ſupra quæſt. 36. verſ. Vlterius quæro.*

32 *Scias autem,* [r] *ꝙ regulariter portans arma prohibita debet ea perdere. Et ita ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Marſil. in pract. crim. §. pro complemento. n. 12. Dicit etiã Paris Put.de ſyndic.fol. 303. nu. 21. quòd officialis, qui inuenit aliquẽ cum anmis prohibitis, poteſt illa frangere. Et ſubdit, ꝙ ita ſeruatur, & dicit Bald. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, in fin. de pace tenenda, quòd ſi regulariter non licet deferre arma, multò minus deferri poterunt in palatio principis. Et ita ſernatur, teſte Mant. obſeruat. 54. circa fin. loquitur autem Bald. ibi in palatio communis Florentiæ, ſed ego in palatijs Imperatorum, & Regum ſemper vidi ab omnibus arma* [t] *deferri.*

Statutum ſeptimum circa blada.

33 *Statutum,* [u] *quòd blada nõ exportentur extra territorium, valet etiam quo ad amiſſione rerum. Et ita de conſuetudine quotidie obſeruatur, vt dicit Vitali. de malef. in rubr. quid ſit accuſatio, nu.79. In hoc ducatu non ſolũ eſt impoſita pęna amiſſionis rerum, ſed etiam pęná furcarum, & confiſcationis bonorum, & ſuper hoc eſt erectus Magiſtratus præfectorum annonæ, cuius ego nũc ſum pręſes. Bene verum eſt, quòd rarò ſeruatur rigor ipſarũ conſtitutionum, vt ſcilicet fraudatores ſuſpendantur, ſed ſolent vt plurimum* [x] *admitti ad compoſitionem. Dicit autem Boſſ. in tit. de pœn. poſt nu. 20. quod huiuſmodi decretum eſt valde terribile; & quòd quamuis videntur continere vtilitatem publicam, ne ſcilicet ſequatur caritas frumentorum, tamen (ſi practicam attendamus) continet auaritiam, ex quo finis eſt, vt pro quolibet ſacco frumenti extrahendo ſoluatur quoddam vectigal: Et quod omni tempore conceditur extractio frumenti cũ ſolutione dicti vectigalis, quæ res, & penuriã auget, & nobiles dimittit innanes; ſubdens, quod ipſe quotidie clamabit contra hoc. Sed eerte credo ego, ꝙ ſi Principes huius dominij, quo omnia cum ſumma maturitate conſtituere ſolebant, non animaaduertiſſent id ſummo Reip. commodo cedere, tale decretum non condidiſſent, vel ſaltem poſtea illud abrogaſſent: Et proculdubio, niſi eſſet hoc decretum continue in hoc dominio, maxima eſſet frumenti inopia licet enim ager huius dominij valde fertilis, tamen cum multi ex finitimis*